



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Cujusdam abusus abrogatio. 27

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

CAP. XXV. *Optandum, ut deambulationes in hisce Ecclesiis prohiberi possint.*

Atque utinam commode deambulationes ac Collegiatas Ecclesias sola rerum novarum curiositate ducti confluunt, ibidemque nihil minus quam de rebus sacris, quæ inspectantibus illis aguntur, cogitant, submovere possimus. Grande equidem putamus piaculum, tam veneranda mysteria, quibus adsit Deus, & inter quæ Christi-Corpus & Sanguis conficitur, tam irreverenter haberi. Tacemus, quod domus Dei contemnitur, de qua Christus ejecit ementes & vendentes, & non sinebat ut quis transferret vas per templum, & dicebat docens: Nonne scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum? Duplici cura hic videbitur opus; tum, ut prædicatores verbi Dei ex suggestis populum ab istis deambulationibus ex Scripturis deterreant, tum ut Magistratus civiles huic rei corrigendæ Officium accommodent. cum quibus hac de re agemus.

Marc. II.

CAP. XXVI. *Theatrales ludos non inferendos templis.*

Inno. 8. c. cum deo-rem. de vita & ho. Cleric.

olim theatrales quoque ludi & larvarum ludibria inferebantur templis; pessimo quidem exemplo, adeo ut provisione Canonica, qua hic teterrimus abusus aboleretur, opus fuerit: quem ex nostris Dicecesibus jam, ut speramus, ejectum gaudemus.

CAP. XXVII. *Cujusdam abusus abrogatio.*

In quibusdam Collegiatis Ecclesiis ad summum Altare, non ordinarii sed mercenarii Clerici, Presbytero, sacra peragenti, ministraturi adjunguntur; qui tamen Officio suo satisfaciunt minus, quum ab Altari ad subsellia ex quibus succinitur, à subselliis rursus ad Altare, multum in composita subinde discurrunt. quod fieri non oportuit, maxime in Ecclesiis illis, quæ ordinariis personis abundant, & quorum ministri copiosis redditibus sunt ditati. Nam omnis occasio contemptus & scandalii, promiscuo vulgo adimenda est.

CAP. XXVIII. *Processionum Collegiatarum Ecclesiarum, quæ ad majorem fiant, moderatio.*

Agatha: 63. & 64.

Processiones Ecclesiarum Collegiatarum ad summum templum, quæ diebus maxime celebribus ac festis fiunt, proculdubio infirmitatæ sunt causa conveniendi illuc ad Missas

Episcopales, desiderioque recipiendi communionem, vel benedictionem Episcopalem. jam, quum isti conventus, speciem quidem antiquitatis, & nihil præterea, repræsentent, immo perniciosæ evagationis materiam & crapulæ occasionem diebus illis sacratissimis præstent; illas Nobis eatenus abrogare visum est, ut Collegia in Civitate Nostra Colonienſi, in quatuor illis summis anni festis, ac diebus celebribus sequentibus, quæque in suis Ecclesiis Divinum Officium statis horis reverenter solemniterque concelebrent ac peragant; neque his diebus, nisi quum Nos in summo templo Nostro præsentemur, collegialiter accedant. Nam, quantula sit devotio Collegiorum quæ tum accedunt, quis Dei cultus ac veneratio, satis in aperto est. Tacemus, quod interim apud ipsas Collegiatas Ecclesias, hisce diebus maxime insignibus, sollempne Officium præmittitur; aut, si quod dicitur, verius præcipitur ac truncatur, quam celebratur.

CAP. XXIX. *De Processionibus non abrogatis.*

Reliquas autem Processiones more antiquo observari volumus: jubemus tamen, ut Clerus Civitatis Nostræ, abusus, qui hæcenus irreperunt, matura consultatione prævia, tollere pergat.

CAP. XXX. *Quomodo, ad anniversaria Episcoporum, in majori Ecclesia conveniendum sit.*

Um Vigiliæ in anniversariis Episcoporum, in summo Nostro templo, convenientibus illuc Collegiis, persolvuntur; incinatus atque adeo specie ipsa non satis pius ac devotus cantus editur. Quare Nobis visum est expedientius, ut Collegia singula in suis templis Vigilias hæc devote absolvant, dein Ecclesiam Nostram majorem ad Sacrum tantum accedant, illic tantisper facturi moram, donec id compleatur; singulis interim animum ad Deum ac piis precationibus conversuris; quemadmodum superiori articulo diximus.

CAP. XXXI. *Minora ministeria idoneis committenda, ac decenter peragenda.*

Antiquissimis Canonibus, in plerisque etiam Conciliis, sancitum est, ne Laici sæculari ministerio inter Clericos ministrarent, neve in sacra ministeria licentiam habeant ingrediendi in sacrarium, (quod Græci Diaconium appellant,) neve vasa Dominica contingant. Præterea, ne Reliquiæ Sanctorum & vestimenta Ecclesiastica, quæ honesta esse decet, nisi tantum à sacris ministris, attrectentur: adeo, ut ne sacratis quidem Deo feminis ac monachis

Ex Cento Mogunt. de vit. & ho. Cleric. c. non licet.